70

Qualem in resurrectione mortuorum sin guli
gloriam consequantur. attendite: & mu inte ti dor
mientium. de limo terrae exsurgent. hi in uitam ae
ternam. & hi in obprobrium & confusionem aeternam.
& intellegentes. fulgebunt sicut splendor firmamen
ti. & ex iustis multi sicut stellae in aeternum. Fulgebunt
inquit iusti sicut stellae in aeternum. & intellegentes.
id est habentes scientiam scribturarum. sicut splen
dor caeli: non quo doctus sit. Iustus quoque esse non
debeat. sed quo qui iustus est. nisi fuerit eruditus. tam
procul sita sapiente iusto. quam est stellarum fulgor.
a lumine firmamenti: quod si quis meditatione tantū
legis instructus. uitam suam neglegit. neque aud&
dicere. A mandatis tuis intellexi. propterea ad omnia
mandata tua dirigebar. Iste quasi aeramentum sonans.
& cymbalum tinniens. & infatuatum sal. in stercore con
culcandus est: Si autem d&ur optio singulorum. sepo
sito eo qui hab& sapientiam atque iustitiam. magis ego
uelim rusticitatem iustam quam doctam malitiam: quia
in altero. lic& minor. tamen gloria est stellarum. esse lu
mini coaequalem: in altero. iuxta scientiae profectum ma
iora supplicia sunt. Potentes quidem potenter tormen
ta patientur. & seruus qui sciens uoluntatem dni sui.
& non fecerit eam. uapulabit multās. Haec id circo.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek Köln
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek Köln
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/dbk_cod58/0143